

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Diues indoctus. Emblema CLXXXX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita
quarat?
Quod spectat illud Cleanthis: ἀρεθλυτος

μόνη τῆ μορῆ ἄριον διαρίπει. Vide
prouerbum, Caput vacuum cerebro, dum
nos arietem inducimus.

Diues indoctus.

EMBLEMA CLXXX.



TRANAT aquas residens pretioso in vellere Phryxus,
Et stauam impavidus per mare scandit ouem.
Ecquid id est? Vir sensu habeti, sed dinito gaza,
Coningis, aut serui quem regit arbitrium.

COMMENTARI I.

I. **I**VVENIS inequitās arietem aureo vel
lere recti, magna spe & hilari vultu va-
stum mare traiecit.

II. **F**ONTEM Emblematis ex Galeno
Vnde pe- fumo, in suasoria ad artes oratione, quam
sitiu Em- in principio suorum Operum posuit. Ibi
blema. enim Diogenis apophthegma citat, qui dice-
bat, indoctum diuitem esse arietem in

aureo vellere. Verba ipsa Galeni quia su-
pra Emblemate 73. posuimus, hic non re-
petimus, ed lectorem amandantes. Phryxi
autem fabula sic habet. Athamas Aoli *Enbula*
filius, Thebanorum Rex, ex Nephele vxor. *Phryxi*,
re. vel vt Pindarus in Hymnis prodidit,
ex Demotice, vel vt Hippix placuit, ex
Gorgopide, vel vt ait Pherecydes Syrus,
cx

ex Themisto duos suscepit liberos, Phryxum scilicet & Hellen. Dimissa autem, quæcumq; ex his fuerit, priore vxore, lege repudij; suæ vt Apollonij scholastes vult, defuncta, alteram, cui nomen Ino, duxit Cadmi filiam, quæ iniustarum nouercarū more pruitignos odio prosequens Æolicis sceminis persuasit, (vt etiam testatur Nonnus in 1. Dionysiacō) vti frugū semina, priusquam terræ mandarentur, inscijs viris torrerent. Quare cū terra redderetur infœcunda, fameq; tota ea opprimeretur regio, legatisque ad Apollinis oraculum decretis, vt durissimi anni eius temporis causam inquirerent, eos Ino corripuit muneribus, monuitq; vt cum reuersi fuerint, Apollinis nomine Phryxum & Hellen in victimas flagitarent. Horum mendacijs fidem habens Athamas, vtrumque atq; vt tanquam victima mactarentur, imposuit. Sed Nephele mater eos rapuit, & auream onem à Mercurio captam illis dedit, qua per aera aucti fuerunt. Cū verò ad id freti peruenissent, quod est inter Sigæum & Cherfonefium, Helle maris vastitate perterrita in mare decidit, quod ab ea postea dictum fuit Hellespontus, vel Athamantidis, vt ait Æschylus in Persis, Apollodorus in 1. Bibliothec. Lucianus in dialogis mottuorum. Astipulater Ouidius his verbis in epistola Leandri, vbi etiam fabulam attingit:

Fluctibus immodicis Athamantidos aquora canens,

Vixq; manes portu tua carina suo.

Hoc mare, cum primum de virgine nominata mersa

Quæ tenet, est nactum, tale fuisse puto.

Est satis amissa locus hic infamis ab Helle;

Veq; mihi parcat, crimine nomē habet.

Inuides Phryxo, quæ per freta tristia tutū

Auron lanigero vellere vexit ouis.

Phryxus amilla sorore incolumis in Colchidem peruenit, ibiq; Ioui Phryxio cognomine, arietem immolauit, pellemq; illius in luo Martis in eius honorem suspendit; quam postea à dracone seruari solitam fabulari sunt. Valer. Flaccus in Argonaut. Manilius libro 4. Astron.

--- restis tibi laniger ipse.

Cum vitreum findens aurato vellere Pontū,

Orbaturq; sua Phryxum per fata sorore

Phafidos ad ripas & Colchida regna re-

noxat.

Fabulam & Phryxo, deque Helle copiose narrat Isacius Tzetzes in Lycophronem, & passim auctores. Vide Natal. Comitum Mytholog. lib. 6. cap. 9. Ouid. 3. Fastor. in fine. Pontanum in Vrania, cū loquitur de Ariete: & Hyginum de Ariete. Idem narrat pulcherrimis carminibus Hispanis Ioannes Mallara Hispanensis in suo Hercule, cantu 4. Phryxi quoq; meminit An. nal. 6. Tacitus: Parthi fuerunt se Thessalis ortos, qua tempestate Iason post auctam Medeam, genitosq; ex ea liberos manent mox regiam Ætæ, vacuosque Colchos repetunt. Multaq; de nomine eius, & oraculum Phryxi celebrant. Nec quisquam ariete sacrificauerit, credito venisse Phryxum: suæ id animal. seu nauis insigne fuit. Sic ille. Etenim aliqui arbitrati sunt nauē fuisse, quæ pictum in prora arietem haberet, qua Phryxus & Helle per mare vecti sunt: verum cum Helle è proa in mare despiceret, in mare decidisse ac periisse, vt scripsit Hellanicus. Palaphatus affirmat, Arietem vocatum nutritorem, cuius opera & consilio sunt liberati. Alij aliter interpretantur, vt videre est apud Nat. Comitum, & nos etiam aliquid afferemus.

PRECIOSO in vellere] De vellere aureo Ouidiu. 7. Metamorph. Iustinus in Trogum lib. 42.

Et flauam ouem] id est, auream Obseruandum est, quæ in varijs nominibus aureum vellus poetæ nominauerint. Eutripides, χρυσον δρας. Orpheus & Apollonius δρας, & κως χρυσειον. Pindarus, χρυσον γάκος κριῦ. δρμα κριῦ βαθιμαλλον. κως αιγλαεν χρυσειο δυσδιε. & δρμα λαμπρον. Poeta quidam apud Ciceronem, Auratum arietem Colchorum. Catullus, auratam pellem. Ennius, inauratam pellem arietis. Ouidius, Phryxeam ouem, Phryxea vellera, Ouem fuluo vellere conspicuam, Vellera nitido villo radiantia, Aries aureo villo spectabilis. Val. Flaccus, Pecoris Nephelei vellera, Phryxeam pecudem, pellem rutilam, pellem sidereis villis comantem, vellera radiantia. Sic nosker Aleiarius hic, Pretiosa vellera, & flaua ouem vocat.

Impavidus per mare scandit] non horret marinos fluctus & turbines, quanquam horrifecos.

Vir sensus hebetis] imperitus, stolidus, qualis est ouis, animal insipiens & stultum.

Ecc. 4 vs

Taciti locus de Phryxo.

III.

Varia nomina vellera aurei.

Hellestus ab Helle dicitur.

vt dicemus. Vnde illud *προβατις βιον* *ζυν. & προβάτων ηδος.* Pierius lib. 10. Hieroglyph.

Gaza. *Dinito gazam*] opulentus, locuples. Gaza, dictio est Persica, significans opes, suppellectilem, & generaliter quidquid possidemus, vt ait Seruius in 1. *Ancid. Pomp.* Mela: Gaza, inquit, Persæ ararium vocant. Curtius lib. 3. circa finem: Pecuniam regiam (gazam Persæ vocant) cum preciosissimis rerum offerri iubet.

Vxor sub est non superet. *Coniugi aut serui quem regit arbitriū.]* Is aptè dicitur à Græcis *γυναικοκρατάμαχος, & δολοκρατάμαχος*, Philamon Comicus rectissime scripsit, vxoris probe partes esse, vt se non superiorem marito putet, sed dicto audientem: adiungit enim, magnum esse malum si mulier viro dominetur, eumq; superet: Ita ille:

Α γαθὴς γυναικὸς ἴσιν, ἢ Νικοςράτη.
Μη κρείττον' ἔγαι' ἀνδρὸς, ἀλλ' ὑπ' ἑκόν.
Τὴν δὲ νικῶ σ' ἀνδρα κακὸν ἴσιν, μάγα.
id est:

Proba vxor, ὃ Νικασράτα, marito suo
Non debet esse superior, sed obsequens.
Nam graue malum vxor est superans virum suum.

Huc spectant versus isti Euripidis in *Andromache*:

οὐκ ἴσιν ἢ πᾶτα προτινεῖ γυνή
ἢ κ' ἴσιν ἢ τις πάποτ' ἢ ἀπόλετο.

Haud vna salua mansit vquam familia,
Partes priores vxor in qua gesserit.

Memoratur & hoc recentiorum cuiusdam dictum in eandem sententiam, ioculam allegoriam habens: Nō placet mihi domus, in qua gallina cantat, gallus tacet. Galli dicunt: *Tout se porte mal, ou la femme parle plus haut que le mari.*

IV. *Aries in aureo vel lore.* *ARIETE* auri velletis hic notantur potissimum locupletes illi, qui cū sint hebeti & obtuso proflus ingenio, dicuntur trahanturque pro vxorum arbitrio, vt eorum negotia ē famulorum ductu regulaque pendeant: nec secus ac infantes anniculi ē nutricis amplexu, illi quid loquantur, quidq; statuunt, non habent, quod illos animus & rationis copia deficiat. In quos hoc Palladæ torqueri solet:

Πλῆτον μὲν πλετοῦντες ἔχον, ψυχὴν δ' ἀνήκτος,
ἢ τοῖς κληρονόμοις πλείσις, σοὶ δ' ἀνήκτος.

Diuitias locupletis habes, animum sed egeni;

O successori diues, egeni tibi. *Serui ho-*
Xenophonit's locus 4. Comment. satis esse mines ob
potest ad id Emblemata illustrandum: nempe *imper-*
pe ὅτι ἀνδραποὶ δόλοι δὲ ἀγνοίαν, καὶ ντιαν,
πλείστοι. quæ Socratis disputatio est cum Euthydemo, Ea enim misera censenda est seruitus, quæ non à fortuna, sed ab animi imperitia nascitur, quæ in summa etiam copia non potest non esse alijs mancipata. Non dedecet aliquando rebus serijs iocōs immiscere non iurbanos. Sic ludunt quidam in famulorum conditionibus:

Miles habet seruum monachus, clericusque sodalem:

Plorumq; & socium stultus uterq; tenet. Nempe qui seruit militi, verè non simulate obsequitur; at clerici & monachi sæpe pro seruis dominos ferunt, & ad eorum mores sese nimis aliquando supinè accommodant. Ferunt ergo pudendam *δολοκρατίαν*, digni seruire magis, cū nulla turpior seruitus quàm voluntaria. Neq; defunt de muliebri imperio vulgò ita dicteria, veluti;

Hunc fatuum fateor, quem calcens urget
& vxor.

Et illud: *Famina quem superat, nunquam viuist sine pena.*

Libertate caret dura constrictus habena,
Cum Diogenis apophthegmate, de quo ante, contentit illud Caij Cæsar's, quod à Corn. Tacito memoratur lib. 13. *Annal.* Iulium Silanum auream, pecudem appellabat C. Cæsar ob segnitiam, vel recordiã potiùs. Aries simplicissima & stolidissima est pecus, bono tamen corporis habitu, & conferto lanæ mollis regumento: aurum diuitias, puer aut seruitutem, aut iuuenile ætatem significat. Quare Phryxus auri velletis ariete Pontū transuectus, aut vxor est, aut seruus, aut pūso virum aut dominum, diuitem quidem, sed stolidum, suo arbitrio quocumq; velit transtertens. Certè ouis in Hieroglyphicis tum felicitatem, tum stulticiam arguit. Felicitatem quidē ex oue portendi olim Hetrusca disciplina docuit. Virgilius felicitatem auri sæculi sub Augusto reuiuifcentis attingens:

Ipse sed in pratris aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera succo.
Sed felicia illa portendi ex euentis comprobatur, tunc precipuè cū agnus natus esset vellere in fronte purpureo in villa.

Omni felicitatis hieroglyphicum;

Anto-

Antonini cuiusdam plebeij viri, eo die atque hora, qua Geta, Antoninus inde nuncupatus, Mediolani natus est. Verum is, in cuius aedibus agnus editus fuerat, cum imperium Antonino ex hoc portendi audiisset ab atuspice, de se dictum putans, ne fatum propalaretur, agnum statim occidit; quod omen fuit Getam, qui & Antoninus vocabatur, ab Antonino fratre necandum esse, vt subsecutū est; quod apud Aelium Spartianum, & alios habetur. Eadem oues Diadumeno imperium portendere, eum in agris patris oues purpureae duodecim natae essent, quarum vna tantum varia fuit. Quod verò ad stultitiam attinet, notum est vulgo, ouium cognomento insipientes appellari. Er Accius in Somnij posuit ouilem factum in Tarcuiniam Superbum concitatum, tanto impetu irruentem, vt regem solo prosterneret; quod Brutum indicabat, quem Rex ille hebetem, & quasi pecudem existimabat. Fabius etiam Maximus, cum prima aetate communi hominum iudicio putaretur hebetior, Oaiculae cognomine appellatus est. Vide adagium, *Ouium mores.* & Aristotelem lib. 9. de nat. animal. Socrates etiam diuites indoctos vocabat aurea micipia; & equos argento circumtectus. Sed redeamus ad aureum nostrum vellus. Nō obsecrum est, veteres ea dixisse aurea, quae magnam suppeditent emolumentum & redditum, siue agri bonitate, siue pecore aut lanificio. Hinc Martialis de Beti fluuio:

*Beti olivifera crinem redimite corona,
Aurea qui nitidis vellera singis aquis.*
Quocirca factum est, vt pecudes ipsae aureas pelles habuisse ferantur: qualis fuit Argi Arrei, quam sibi Thyesten subduxisse conuenitur. Sic in Colchide Aeta Rex, ad cuius arjetis pellem Iason profectus est & socij Argonautae, regij sanguinis & animi, qui regionem gregibus & opibus nobilem inuasert, si Varroni credimus lib. 2. de re rust. c. 1. quem laudat & sequitur Forcatulus lib. 1. de Imp. & Philol. Gall. à quibus etiam stare videtur Coel. Rhodigin. lib. 25. cap. 1. Oves sanè tanto in honore habuerunt veteres, vt ex iis solummodo opes fieri existimarent; & pecuniam atq; peculium omne à pecudibus & gregum numero olim censuerint. Ea de causa Maronianus Corydon diuitias suas

ostentaturus, dicit:
Mille mea Siculis errant in montibus agnae.
Similiter cum Hercules ex Aphrica victoria nihil praeter oues abegisset, aurea mala secum asportasse fabulosè dictus est: *mala* *μῆλον* enim & ouem & pomū significat. Sed vellus aureum ahi malunt intelligi magnam auri vim, quae apud Colchos esset, à principibus quibusdam viris congestam. At verò Colchica regio propter vicinitatem Caucasi montis, auro abundabat, vel teste Strabone, qui scribit multos fontes ex Caucaſo manare, scaturientes arena aurea, tam tenui, vt oculorum aciem effugiat, eamq; colligi ab incolis, pellibus quibusdam lanosis in aquam iniectis. Hinc enim suspicari possumus locum esse fabulae datum; pelles enim, subside in ijs arena, speciem aurei vellens pra se ferunt. Locum Strabonis ex 10. lib. huc trāsferre non pigeat. *παρὰ τούτοις δὲ λήγεται τὸ χρυσὸν κατασφίρον τὰς χειμάρρους, ὑπὸ δὲ χρυσοῦ δ' αὐτῶν τὸς βορβάρους αἰθροῖς κατατετριμμένας, καὶ μαλλοῦς δὲ παρὰ τοῦ οὐδοῦ μεμυθεύσθαι καὶ τὸ χρυσὸν μαλλὸν δίρας.* Meminit Corn. Tacit. 6. Annalium. Sed dum alios plerosq; auctores voluo, occurrit id quod de aereo vellere plurimi referunt, ex Suida potissimū,

explicatque de arte, quam *χημείαν* Graeci appellant. Etenim inueniuntur auctores non pauci, qui aurei vellens pellem interpretentur fuisse librorum quaedam veterum more in pelle conscriptum, in quo auri conficiendi scientia traderetur: cuiusmodi libros cum Diocletianus summa diligentia perquisiuisset apud Aegyptios (qui huius peritissimi censebatur) omnes flamma consumpsisse fertur, ne diuitijs ita comparatis Aegyptij Romanis inferre bellum auderent: atque ex eo tempore artem hanc publico Caesaris edicto semper habitam fuisse flagitiosam. Sed quia de Chymia siue Alchymia incidit mentio, aequus lector nō agrè fertet, si de eius certitudine & difficultate ea, quae partim ex probatissimorum auctorum lectione, partim etiam virorum doctorum conuersatione & colloquio hausi, hic loci vel historicè saltem paulò prolixius exponam, interim haud inuicè permittens, vt suo quisque ahaudeat sensu, & de his pro arbitrio statuatur. In primis in confesso est, artem transmutandi metalla in aurum & argentum esse

Aurea
mala
Aureum
vellens.

Chymia
per vellus
aureum
notata.

Alchymia
vetus
stas.

Item stultitia.

Aurea, qua lucro sa.

Diuitia olim in pecore.

*Hermes
Trismegisto
stus.*

vetustissimam, quam omnes vendicant cui-
dam Hermeti Ægyptio, seu Mercurio
Trismegisto. Is enim fuit, qui post dilu-
uium omnium artium & disciplinarum
tam liberalium quam mechanicarum pri-
mus fuit inuentor & editor; qui Mosis cog-
taneus creditur. Mosis autem natiuitas
cadit in annum M. 2373, qui est ante na-
tum Saluatorem nostrum 1598. Argonau-
tarum expeditio circiter annum M. 2740.
ante natum Christum 1231. vt supputat
Abrahamus Bucholz. in Indice Chronico.
Diocletianus verò Imperator floruit
circiter annum 284. post Christum natum.
Vltra ergo mille octingentos annos viguit
se hanc artem in Ægypto ante Diocletia-
nam librorum chymicorum deuastationem,
de qua Suidas, rectè potest colligi.
Ab Hermete Chymia quasi per manus
tradita est & propagata, non ad Græcos,
non Latinos, sed Arabes. Quid multis?
Sat antiqua est, si sat vera. Verùm de hu-
ius artis veritate disputanti non possunt
firmiora argumenta esse, quam quæ à sen-
su seu experientia, & ratione ducuntur:
inde enim alia omnia robur capiunt, quæ
in vtramq; partem disce; tantur, non tam
in hoc, quam omni alio negotio. Qui veri-
tati se opposuerunt, vt Agricola, Cardanus,
Scaliger, Carreius, Fenottus, Erasmus,
Aubertus, Seidelius, & nuper timè More-
sinus Scotus (prætercundas enim cenfeo
quotlibetarias infinitorum scholasticorum,
& huius fecis quæstiones) cum aut negare
debuissent experientiam & sensum: aut,
vt ait Libanius in Syrraxi metall. Thef.
40. & 43. modum, quem posuere artifi-
ces; in genere per rationes Logicas, hoc
est, ex mera phantasia desumptas, egressi
sunt ostendere, non posse fieri artificiale
metallum. Quando reclusis illi, cum om-
nes sint Peripatetici, audissent suum ma-
gistrum & principem Aristotelem præ-
clatè monentem, in ijs, quæ sensilia sunt,
non rationem, sed sensum, iudicem omni
exceptione maiorem, esse consulendum?
Qui etiam, quando disputat contra eos,
qui omnia dicebant moueri. 8. Phyl. t. 22.
neglecto sensu rationem querere, imbeci-
llitatem mentis merito censet: & absur-
dum, præter rem imaginationi seu ratio-
ni credere. 3. Phyl. t. 37. Sensu enim & ex-
perientia multiplici, & testimonio indubi-
tato constat, & factum esse aurum (nam

*Experien-
tia, osten-
ditur,
aurum
fieri posse.*

de hoc potissimum lis est) & factum esse
eà arte, quam norunt veri artifices, profi-
tentur sophistæ fraude multiplici. Ioan-
nes Andreæ, celeberrimus Pontificij inter-
pres, scribit, Analdum de Villa noua in
Curia Romana, præsentibus multis Car-
dinalibus æ in virgulas auri commutaf-
se, mox discedentem permisisse, vt omni
probationi subijceretur. Refert Pancirol-
lus Rer. memorab. lib. 2. tit. de Alchymia.
Cornelius Agrippa lib. 1. de occulta Phi-
los. c. 14. affirmat, spiritu auri, aut potius
eiusdem forma & parte puriore, imperfe-
cta metalla & argentum viuum in argen-
tum verti posse, seq; id vidisse & nouisse,
Ioan. Franciscus Picus lib. 3. cap. 2. de Au-
ro, plurimas accumulatas experientias, quas
breuitatis causa omitto. Multæ etiam le-
gantur apud Hieron. Rubicum lib. de de-
stillat. sect. 4. cap. 1. & 2. Libanum lib. 2.
Alchym. tract. 1. cap. 19. Gebrum, Herme-
tem, Comitem Bernhardum, & alios, in
primis apud Robertum Valensem, qui
ex professo scripsit de artis huius certitu-
dine & antiquitate. Fernelius quoq; lib. 2.
de abdit. rerum caus. cap. 18. de veritate &
ratione artis attestatur. Recentissima e-
xempla si desideras, pete ex Ewaldi de
Hoghelande h. storij Colonia excusis, Anno
1504. Quid? quodd ego ipse hisce *duro-
lia*
oculis vidi, hisce manibus correctam
auti à quodam mihi satis noto, & fa-
miliari confectam, & in Archiducali Aca-
demia Friduigi Brisgoiæ publicæ dispu-
tationi, quæ fieri id posse negabat, illatam
& ostensam. Adeo etiam clara veritatis
huius lux est, vt ex ipsis aduersarijs ali-
qui eam non disceantur. Narrat Cardanus
lib. 6. de Subtilit. coram Principe &
Senatu viris Venetæ argentum viuum in
aurum fuisse conuersum à pharmacopo-
la Taruisino. Et cur tot præstantes viri
diuersarum gentium, tot tamq; præclara
de hac arte edidissent volumina? in nu-
gis suæ famæ & gloriæ præsidium apud
posteror quærebant? Sunt Ægyptij, sunt
Arabes, sunt Chaldæi, Germani, Hispani,
Angli, quos quis enumeret? Multos Her-
molaus Barbarus, vir dignitate generis &
gradus, & omni doctrinarum genere orna-
tus, nominatim protulit: ego plures profes-
sam, sed tantum insigniores, delectum enim
seruabo. Itaq; *χυμειρικῆ* scripsit Ostha-
nes, Hermes, Chanes, Rosinus Alexandri-
nus

*Chymicæ
artis scri-
ptores.*

nus ad sororem Theosebiam, Olympiadorus Alexandrinus, Agathodæmon, Democritus, Orus, Chrysochius, Pebichius, Comerius, Apuleus, Pegasus, Pelagius, Africanus, Theophilus, Synesius, Stephanus ad Heraclium Casarem, Heliodorus ad Theodosium, Geberus, Cællides Rachaidibus, Veredianus, Rhodianus, Canides, Merlinus, Lullius, Arnoldus Villanovanus, Augustinus Panthes Venetus; feminae tres, Cleopatra, Virgo Taphuntia, Maria Iudæa. Quibus si annumerarem recentiores; Deum immortalem, quantum esset testium numerus? Laurentius Ventura libro de Arte chymica, gloriatur se 250. volumina in nobilem Bibliothecam Comitum Palatinum intulisse, & præter illa quinquaginta adhuc alta habere. In iudicijs, ubi de censu, capite, fama agitur, duobus aut tribus testibus tam lege diuina, quam civili credendum est: & ita difficiles sumus erga viros tot doctissimos & integerrimos, quorum scripta præstant, propter paucorum ratiunculas, quibus toties responsum est? Vniuersè quidem à Gebro, Ventura, Petto Bono Fertariensi. Nominatim verò Quercetanus eruditissimè respondet Auberto; Erasto Muscettus, Seuerinus, Rubeus, Penotus; & Gasto Clauens subpræses Nuernensis, in libello, qui inscribitur, Apologia Chrysopeæ & Argyropeæ. Omnibus Libanius in Syracæ sua metallica altera, Alexandro quidem Carrerio Patavino Thesi 46. Erasto Thesi 93. Fenotto Thesi 98. Scaligero Thesi 106. Auberto cum Fenotto Thesi 107. Moguntinis Baccalaureis Thesi 116. Cardano Thesi 119. Solus restat Thomas Morenius Scotus, qui nuper ausus est resumere causam Auberti contra Quercetanam; sed qui & hinc compestat, forsitan in mundo erit. Hæc quoad certitudinem. Difficultas verò artis huius est maxima; est enim lapis Philosophorum, non cerdonum aut rusticorum. Præclarè Rogerius Bæcho: In quibus Deus magnam virtutem posuit, in istis etiam magnam difficultatem collocavit. Difficultates istas singulari libro exposuit Theobaldus Hoghelando, quem antè citavi. Sunt autem hæc tum in discendo, tum in exercendo. In discendo alia à discente, alia à docentibus hbris. In discendo à Deo hoc donum petendo impetret oportet, & vt possit, ipse sese præbeat

timentem Dei, à peccatis abhorreat, humilis sit, prudens, doctus, Latini sermonis peritus, Philosophus, naturæ principia sciens, laboriosus & industrius, constans, non iracundus, patiens, liber, vacuus à curis, secreti tenax, abstinens à Sophistis, non prodigus, non auarus, cautus in dechnandis diaboli illusionibus, sufficiens locuples, librorum copiam habens, studiosus, faciat experimentum, sanus, hoc est, corporis, animi & fortunæ bonis instructus, quos rarissimos ait esse Pancirollus. At maior difficultas est quæ sequitur, propter libros, ex quibus petenda ars, intellectu difficiles: vel eum ars in ijs dispersa est, vel inuoluta ænigmatibus, allegorijs, & similitudinibus, tum ab elementatis, homine, animalibus, eorumque partibus vegetabilibus, figuris, metallis; tum ab elementis, dissimilitudinibus, æquiocationibus, contradictionibus, nominibus inusitatis, characteribus, literarum transpositionibus, prauis transcriptionibus, styli varietate, impossibilibus. Tertio denique est difficultas, quæ oritur in exercitatione, tum ex parte materiæ, quæ vt fundamentum operis assumenda; tum ex parte regiminis, quibus instrumentis tractanda. Vbiq; incredibilis obscuritas & perplexitas. Hæc, hæc illa, non autem (vt putatur) artis incertitudo causa est, quod adeo multi, & tantum non omnes, qui huic arti indulgent nimium, non solum oleum & operam, sed & diuitias, imò valetudinem & famam perdant, vt meritò dicere possimus, Chrysopeam esse castam meretricem, quæ multos inuitat, & ferè neminem admittit. Hæc difficultates sunt acquisitionis & incommoda: at longè difficilior est adeptæ fortè possessio, nunquam certè tota professio. Præstò enim ab alijs sunt insidiæ, & mille pericula: siquidem difficile custoditur quod placet multis, quid, quod omnibus? Cum igitur toties, & tam anxie à tam multis ingens illud bonum, quod ars ista pollicetur, fuerit indagatum, at rarissimè à quàm paucissimis inuentum, adeo vt non desint, qui Chymistas subiiciendos esse existiment acerba illi Agenoris Sidoniorum Regis legi, qualem filio Cadmo præscriperat, ne nisi inuenta sorore vnamquam rediret; itaq; aut inuenendam, aut pereundum esse: hinc factum est, vt non pauci hanc artem procaci linguæ petulantia

In libro
docenti-
bus.

In exer-
citatione
ne.

Chymica
artis de-
fensores
contra a-
liorum
ratiuncu-
las.

Alchy-
mia diffi-
cultates.

In discen-
do.

Agenoris
Sidoniorum
Regis legi.

tia

*Contra
Chymi-
eos.*

tia profciderint. Iul. Caesar Scaliger affir-
mare non dubitavit, Exercitat. 23. se Chy-
mistis odio odisse plusquam Vatiniano:
Sunt enim, inquit, noctuæ ad aucupia crum-
menatum, à quibus aurum, quod postea
alijs pollicentur, sibi capient prius. Alius
Alchymiam sophisticam quandam impo-
situram nominabat: alius dæmonis præsti-
gias; Petrarca mentiendi & fallendi artē,
ex qua nulli alij successus sperandi sunt,
præter fumum, cinerem, sudorem, suspi-
ria, verba, dolos, ignominiam; quibus ino-
pem nunquam ad diuitias euectum, at
multos à diuitijs ad inopiam redactos sæ-
pe vidimus. Notatumq; est, aliquos cæt e-
roquin prudentes, hac insana laborare;
quosdam opulentissimos hac vanitate cõ-
sumptos, dumque opulentiores fieri stu-
dent, & scedo quæstui inhiant, bene parta
prodigete, censuq; omni diu superuacuis

effuso, tandem necessarijs etiam fuisse de-
stitutos: nõnullos deniq; amissis primùm
animi luminibus, in hoc exercitio corpo-
reos insuper oculos amisisse. Magna qui-
dem promittunt Alchymistæ, sed ea sibi
præstare debebant, quæ promittunt alijs,
primùmq; suam pellere inopiam. Est e-
nim ferè mendicum genus hominum;
cumq; se pauperes fateantur, ditare alios
volunt, quasi aliena illis quàm propria,
molestior sit paupertas. Aduersus has fu-
liginosas Chymicorum fallacias extant
Natalis Comitis versus non inruditi, lib.
2. Mytholog. cap. 6. sed optimè apud dic-
tum Hoghelande in principio sui libri,
quem vide: nos plus equo proluxi fuimus,
aureus enim iste aries non vltra Colchidæ
non inuitos transevit; nam vbi rem pos-
sidere non datur, etiam verba profundere
parui est.

In fidem vxoriam.

EMBLEMA CXCI.



ECCE